

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput XXX

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

*Arist.* In Orcadibus insulis fere omnes geminos imo trigeminos pleraque partus edunt. *Boëtius.* Mollissimi quamvis corporis, expertes tamen pestilentia. *Columella.* Visa rabie vexari, quam rabida vacca cornu perierat. Putredinem in visceribus in Anglia contrahunt, si aestatis pluviosis in uligine pascantur, rotemque ligant. *Gesner.* Duvam herbam in Gallia si comedent, animalia nigra in jecore concipiunt, hinc morbus incurabilis. Duva autem vocatur Gallis in Normandia herba similis lapatho, sed angustioribus foliis, & semper erectis, nervo medio fere rubente caulinis. *Gesner.* Aqua palustris pota, hirudines folliculis inclusas ibidem parit; sesquidigitu longitudinem obtinent, latitudine ad longitudinem fere dimidia. *Gesner.*

## C A P U T XXX.

## DE ORYGE &amp; PANTHERA.

**O**ryx inter caprarum sylvestrium genera à *Plinio* recensetur. Ad ottum accende Luna, intensis in eam oculis vociferatur, idque illius odio fieri affirmant, quod prioribus pedibus terram effodiatur; & suas velut pupillas humi desigat pungens. Idem in exortu Solis fieri existimant. Quemcunque in deserto locum aquis scatentem invenerit, haustu sumto labris iubar, lurumque commiscet aquæ, ac pedibus in eam pulverem conjicit, ne alicui ad potum idonea existat. Tam grato odore perfunditur *Panthera*, ut cunctas folliciter quadrupedes, sed quia torvi simul capitis, terrentur. Hinc occultato accedunt, & corripuntur. Lunæ illis similis in armo dextra macula. Ad natum illius crescit in orbem & cavit cornua. *Albert.* Semel in vita parit, si authori libri de natura rerum, credimus. Nam cum in utero matris coaluere catuli, oderunt temporis moras. Itaque oneratam satibus matricem, unguibus lacerant. Illa partum effundit, dolore cogente; postea, corruptis sedibus genitale semen non hæret acceptum. De ea tradit *Demetrius Physicus*:

Lacen-

RANDA  
ali fice omnes genit  
e abe. Berne. sibi  
eram pellit. id est  
am rada vaca. vena  
bus in Anglia concur  
se palmarum. num  
en in Gallia lo com  
incipit, hic m  
au. Gallia in Num  
guitioribus foliis, &  
rubente caulinis, &  
folliculis includens  
in oblongo, latitud  
er.

XXX.  
NTHERA

## QUADRUPEDUM. 327

Iacentem in media via, hominis desiderio, repente ap  
paruisse cuidam. Illum pavore expisse egredi, feram  
vero circumvolutari non dubio blandientem, se se con  
flitantem merore, qui etiam in Panthera intelligi  
posset. Foeta erat, catulis procul in foveam delapsis.  
Primum ergo miserationis fuit non expavescere: pro  
ximum ei curam intendere: secutusque qua trahebat  
vestem leni injectu unguium, ut causam doloris intel  
lexit, simulque salutis suæ mercedem, exemit catulos;  
eaque cum iis prosequente extra solitudinem deductus,  
laetaque atque gestiente, ut facile appareret gratiam re  
ferte, & nihil invicem imputare, quod etiam in homi  
ne ratum est. Vino delestantur, inebristar capiuntur.  
Alexandrum Magnum Iavanicas Monarchia fundato  
rem feræ huic Spiritus S. assimilat, Applicationem apud  
Cl. Dominum Conradum Graserum, Praeceptorem no  
strum in *Isagoge Historia universalis*, opere nunquam  
satis laudato, videbis.

## CAPUT XXXI.

### DE RANA.

**R**anae vere coeunt, vere sequentis anni ova pariunt,  
in que medio rana late abscondita; exclusi ranun  
culi magni apparent capitis. *Albert. Lutavia* apes ubi  
ad aquam accesserint, rapiunt; mortuam comedisse  
talpam, observatum. *Albert.* Augusto mense clausum  
illis os adeo, ut nec cibi, nec potus, nec vocis usus, &  
si manu vel baculo aperire tentaveris, difficulter aperi  
tiatur. *lib. de Nat. rer.* Soboles earum verbasci, nu  
cise foliis, in lacum si injiciantur, necatur. *Aelian.*  
Accensa in ripa lucerna, conticescunt obstrepere. *A  
frican. in Geopont.* Sperma Martio primum inventum  
mense, tollit, si manus eo laventur, impetriginem:  
quin efficaciam illi anno tribuit, vermen cuius par  
onychia species, digitorum contactu sanandi. *Gesn. A  
gyptie* in naticem cum inciderint, frustum arundinis,  
oblique in ore arreptum tenent, sic devorari nequeunt.

*Gillius.*